

siderum diuersitas datur graduū vi, primorum minutorū xlvj, quod hucusq; oportuit demonstrasse.

¶ Corolarius primum,

Patet itaq; diuersitatem apparentis æqualisq; motus fixorū siderum ab initio trepidationis nonæ spheræ vsq; ad Ptolemæi aeram esse primorum minutorū xii, secundorū ix, Et eandem diuersitatem apparentis æqualisq; motus octauæ spheræ ab initio trepidationis nonæ spheræ vsq; ad Alfonsi regis aeram esse graduū vi, primorū minutorū xviii, secundorū xx, Deniq; hanc differentiā apparentis æqualisq; motus stellarū nō errantium ab initio eiusdem trepidatiōis vsq; ad annos domini 1514, completos esse graduū vi, primorū minutorū xlvj, fere,

¶ Corolarius secundum,

Liquet deinde trepidationis seu accessus & recessus motum nonæ spheræ super paruis circulis esse, pro Ptolemæi aera graduum xix, primorum minutorū lvi, secundorū xlii, Pro aera regis Alfonsi graduū 149, primorum minutorū xlii, secundorū xxv, Deniq; pro annis domini 1514, completis eundem trepidationis motū esse graduum 180, primorum minutorū xxxvii, secundorum viii,

¶ Corolarius tertium,

Manifestum est principiū motus primæ trepidatiōis seu accessus & recessus nonæ spheræ super paruis circulis cœpisse ante Christi saluatoris nostri natiuitatem diebus 7407, seu annis non bisextilibus xx, diebus 107, siue hromanis annis xx, diebus 102, annis videlicet a natiuitate saluatoris cōputatis atq; ab vltimī diei Decembris meridie,

PROPOSITIO XVII.

Motum accessus & recessus seu trepidationis primæ nonæ spheræ in vno die datum reddere, Et quia per secundum corolariū propositionis xvi, motus eiusdem trepidationis seu accessus & recessus nonæ spheræ pro Alfonsi regis aera existit graduū 149, primorum minutorum xlii, secundorum xxv, & a principio eiusdē motus seu a 7407, diebus ante saluatoris nostri natiuitatem vsq; ad eandem Alfonsi regis aerā transferant